

refertur escula dura esse bona, quia cōstringant uen-  
 tem, & ob id prodesse uentri nimium laxato, sed mol-  
 la escula duris prestare, quia nutriant, & uentrem  
 minus adstringant. Sciendum tamen, escula minus cō-  
 enire ut alimentum quàm poma, pyra, Persica, fia-  
 us, & similia, quod satis deprehenditur ex austeris-  
 ate saporis & duricie substantiæ, postquam in ar-  
 ore maturuerunt. Parcè itaq; eis, & magis ut me-  
 dicamine, quàm cibo, utendum. Ob stipticam tamen  
 facultatem, quam ualidissimam in sese continent, plus  
 in uentris fluxu sistendo ualent. Sed quia  
 in arbore minus quàm ut edi possint mollescunt, ante  
 quàm præmollienda sunt, ita namq; stipticitatem re-  
 mittunt, & sapidiora fiunt.

## DE MVSTO CAP. XLV.

**P**rouocat urinam mustum, citò sol-  
 uit, & inflat.

## Ecphrasis.

Hic tres musti uirtutes referuntur. Prima est,  
 ipsum ciere urinam, quia insunt in eo feces ter-  
 re, & nitrosæ, ac proinde cum in uesicam de-  
 scenderint, ipsam mordicant, quare uesica eas citi-  
 us expellere nititur. Intelligendus est autem uero  
 mus de musto, habente feces mordicantes, & non  
 quolibet: cuiusmodi nonnulla esse deprehendun-  
 tur ex Rhenensibus. Mustum enim cuius feces  
 crasse